

POSTEL B.M.V. et St. Nicolaus

Postula, Postulo, Postello, -elle, ,ele, Poostel.

Prope Mol et Retie, in medio Campinae, in solitudine, in limitibus Neerlandiae et Belgii, Prov. Antwerpen, in Belgio. — Dioc. Leodiensis, 1559—18... Buscoducensis, abhinc Mechliniensis.

Abbatia¹²¹). Fundata anno circiter 1135 a Fastrado de Uitwicht equite, tamquam curia abbatiae Floreffiensis, una cum hospitali ¹²²). Initio ibi erant fratres et sorores. Moniales, quae appellabantur „beghinae“, versus

¹²¹) De jure nobis esset collocanda haec canonia apud circariam Floreffiae, ad quam usque ad annum 1738 revera spectabat. Sed cum apud WAEFELGHEM, HUGO, a MIRAEO Chron. Praem. 141 et immo in unico catalogo, cui est inserta (P), Brabanticae sit addicta, ad quam et hodie pertinet, quod adeo est notum, ut vix aliquis eam quaereret apud Floreffiam. melius esse censuimus Postulam inserere hic inter canonias Brabantiae.

¹²²) Prima notitia de existentia eius est consecratio ecclesiae anno 1140 sollempniter facta per Isfridum, episcopum Raceburgensem (v. vol. I 241). Quod factum probat, Postulam fuisse conspicuam ab initio, et fundatam aliquot annis ante.



finem saeculi XIII extinctae sunt. Abhinc Postula, quae mox facta est opulenta, erat domus vere formata cum parvo coetu canonicorum, et turba paulatim decrescente conversorum, sub regimine provisoris seu prioris. Propter distantiam ab abbazia matre, provisor pedetentim fit practice independens. Cui evolutioni etiam favebat diversitas linguarum, et magna extensio bonorum, quae administrabat. Saeculo XIV, Postula iam habuit proprium stemma. Inter curias eius dependentes excelluit Balen-Wezel, refugia possedit in 's Hertogenbosch, in Lier, in Emmerich (Germania) et in Bree. Ecclesiae incorporatae erant numerosae; ante saeculum XVII, tamen Floreffia eas generatim per sacerdotes saeculares administrari curavit. Anno 1613, definitive 1616, Postula fit praepositura sui juris: quod anno 1618 a Capitulo Generali confirmatur. Anno demum 1621, fit abbazia, et anno 1680 abbates infulantur. Parochiae abhinc quoad maiorem partem a religiosis administrantur: nempe Arendonk, Olmen, Reusel, Veldhoven, Lierop, quibus accesserunt anno 1682 Asten (saltem ad tempus), Helmond, Lagemierde, Lieshout, Oerle Rixel et Luiksgestel. Ecclesiae viduatae de Beesd, Mill et Renoy, quondam spectantes ad abbaziam suppressam de Marienweerd, versus annum 1678 traduntur Postulae.¹²³⁾ Ab anno 1630, multa mala sufferenda habet canonica a parte Statuum Neerlandiae, qui saepe irruentes et eam exspoliantes, bona eius sibi arripuerunt, immo territorium eius reclamantes tamquam suum: quod litigium anno demum 1785 est decusum in hoc sensu, quod Postula quidem de iure pertineat ad Belgium, sed bona eius in Neerlandia sequestrata ei non sint reddenda. Bona quae ei manserant in Belgio, adhuc erant sufficientia: 4445 ha terrae. Status personalis: 1526: 5 DD, 9 conversi, 1636: 17 DD, 1685: 37 religiosi, 1744: 40, 1797:43, 1831: 10, 1953: 100. Anno 1738, Capitulum Generale decrevit transitum canonicae de Circaria Floreffiae ad Brabanticam. Anno 1797, suppressa est, vendita et partim deleta. Anno 1841, ultimus religiosus superstes emit monasterium desolatum OFM in Reckheim ad Mosam, et communitas Postulana ibi reconstituitur, donec anno 1847 recuperatio ipsius abbaziae successerit. Exinde abbazia bene effloruit. Fundavit missionem in Congo Belgico, quae anno 1937 tamquam Praefectura Apostolica de Lolo sui juris est facta. E medio aevo superest in Postel ecclesia abbatialis, modica quidem, sed pulchra (saec. XII). Spectabile est etiam rectorium saeculi XVIII.

¹²³⁾ WELVAARTS 348 enumerat 48 alia loca, ubi Postulenses exercuerunt, saltem ad tempus, curam animarum saeculis XVII/XIX (v. g. Someren, Zonderwijk).

Archivum adhuc asservatur in loco: 1043 chartae (1155/1792), et complura millia documenta papyracea. Praeter aliqua, Tongerloam tangentia, nihil adest de reliquis abbatibus circariae ^{123a}).

Obituarium saec. XVII confectum est ex Floreffensi, et dein continuatum. — AAPa VII 47, 54, XL 7 —

Fontes et Litteratura: HUGO II 585, prob. 397/401 — IDEM, SAM *Ep. Gerv.* Nr. 81 — WAEFELGHEM 198, 380 — v. BOTERDAEL 477/512 — COPPENS II 243, III a 109, 174, 311, 372/84, III b 94, 100, 137, 174, 184, 203/24 — COTTINEAU 2345 — *Dén. Foy. Brab.* T. O. 150 — ERENS O. A. T. II 314, 428, 429 — *Gall. Chr. N.* V 409/28, *Instrum.* 409/10 — GOOVAERTS I 23, 56, 234, 244, II 189, 196, 278, 308, 377/80, III 25, 68, 166, IV 18, 62, 249, 253, 296, 314, 337, 343, 346, 348 — HEYLEN 8/37, 46/51, 116/17, 207/12 — LAENEN *KgBrab* II 45/60 — LEROY NMA 452 — *Matr. Univ. Lov.* II cf. ind. — MIRAEUS ODH I 701, IV 534 — *Mon. Bat.* II 61, 62, 69, 92, 118, 145, 153 — PLANTENGA cf. ind. — PONCELET, *Hugues de Pierrepont* 211 — SCHUTJES cf. indd. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — De RIDDER III 8/37 — TCCD IU/X cf. indd. — VALVEKENS *Vis. Can.* II 73/76 — IDEM, *Doc. Prém.* I 190/200 — IDEM, *Chap. Gen. Despruets* cf. ind. — VERKOOREN I 3, 1678 bis, 1993 — De WACHTER III 441/43 — WAEFELGHEM, *Abbés XIII* 28/34 — WICHMANS 727/38 — BARBIER, *Hist. de l'Abbaye de Floreffe*, passim — E. v. d. BERGH, *Postele op ter Heyden*, 1942 et 1946 — COENEN, *De Abdijkerk van Postel*, in: *Verzamelde opstellen, uitgeg. door den Geschied- en Oudheidkund. Studiekreng te Hasselt 1923*, 77/84 — E. GIFE, *Postel, son abbaye et son église*. AARAB XXVIII (1872) 133/43 — C. GOFFAERTS, *Notice sur l'abbaye de Postel*, Louvain 1890 — P. HEUVELMANS, *Kronijk der stad en vrijheid Turnhout*, Turnhout 1844, 174/129 — HEZENMANS (v. supra apud Berne) — P. LEFEVRE, *Une controverse internationale relative à l'abbaye de Postel* (*Anal. Praem.* I 1925 49/68) — B. LUYKX, *Postel 1140/1940, 1847/1947*, s. l. et d. (1948) — J. NIEUWENHUYZEN, *De bibliotheek der abdij van Postel*, in: *De Gulden Passer IX* (1931) 69/74 — A. NOYONS, *Pourquoi l'abbaye de Postel relève-t-elle de la Belgique?* BGHB XXV (1934) 127/35 — A. PERK, *Bezoek aan de abdijen van Postel en Tongerlo*, Leiden 1885, 121/56 — (C. B. de RIDDER), *Le Prieuré de Postel est séparé de l'abbaye de Floreffe*, AHEB V (1868) 241/55 — A. SASSEN, *De protocollen der Helmondsche notarissen 1595/1798*, 's Bosch 1890, cf. ind. — E. VALVEKENS, *Rumoldus Colibrant, eerste abt van P.*

^{123a}) Invenitur etiam in Archivo Postellensi pretiosum Cartularium abbatiae Sti Trudonis (ed. Ch. PIOT o. c.), et varia de asceterio Nazareth O. Cist.

1621/26; in: *Anal. Praem.* V (1929) 27/45 — J. Th. WELVAARTS¹²⁴), *Geschiedenis der Abdij van Postel*, Turnhout 1878, 2 a ed. 1887 — IDEM, *Postels Biographisch Woordenboek van de XIIe tot de XIXe eeuw*, Brecht 1892 — IDEM, *Gemyterde Abten van Postel, Zegels, Wapens enz.*, in: *Genealog, en Heraldiek Archief*. Den Haag 1890 — IDEM, *Postel en zijn vroegere invloed in de Nederlanden*, Amsterdam 1882 — IDEM, *Postel's oude kerk en kandelaaar van 1160*, Gent 1888 — IDEM, *Bouwkunst, de aloude abdijkerk van P.* in: *Dietsche Warande en Belfort* I (1888) 281/92 — A. WICHMANS *Dissertatio historica de origine et processu coenobii Postulani in Brabantia*, Antwerpiae 1628 — In periodicis: *Anal. Praem.* XXII (1946) 170/74 — BB II (1918/19) 79/101, 285/304, III 84/154, IV 203/12, V 20/36. VIII (1927) 77/102, 150/75, IX 209/66, X 74/106, 201 (de parochiis in Neerlandia sitis) — BGHB VII (1908) 446 — *Belfort* N (1889) 41/45 — BN V (1903) 162/69 — *BraMus* I 1860, 67/70 — *Bulletijn van het provinciale komiteit van monumenten van de provincie Antwerpen* I (1862) 104/10 — *Dietsche Warande* III (1890) 524, 625 — MSHB 1839, 300/01 — *Het Jaarboekje van Alberdingk Thijm* 1892, 192 — *Taxandria (N. Br.)* XXVII (1920) 280/92, XXXVII (1930) 248/50 — *Oudheid en Kunst (Brecht)* XII 1921, 13/17 — PMSchr IV (1904) 219/25 — *Ulaamsche Schoolgids* I (1936/37) 108/17

Series priorum et abbatum (PRIMS)

I. Priores vel magistri curiae

Godescalcus	ca. 1138	Joannes	1288
an. 1176 abbas in Berne		Reinerus v. Herenthals	1306
Rodulphus	11...	Wolfgangus	1308
Thomas	1200	Robertus v. Turnhout	1317/29
Godefridus	—1215	Arnoldus	1329—38
Walterus	1215—	Joannes van Orp	1339—51
Henricus	1223/29	Henricus v. Stakenborg	1351—57?
Gerardus	1235	Joannes de Perwys	1357—61
Iwanus	1242	postea abb. Floreffiensis	
Thomas	1249	Andreas de Ribemont	1361—
Walterus	1268		
Andreas van Dyon	1282		

¹²⁴) Historiographus et archivarius canoniae meritissimus, cf. de eo GOOVAERTS II 377 Curricula Vitae confratrum bene meritorum, in variis periodicis publicata, postmodum coadunata sunt in „*Postels Biographisch Woordenboek*“. Multa scripsit etiam de parochiis canoniae quondam incorporatis (consule praesertim: *Reusel, Olmen et Zomeren*, publicata Turnholti annis 1887, 1888, et 1892).

Joannes v. Rixtel	1385	2. Joannes du Chesne	1626—36
Nicolaus v. Blehem	1390—1413	3. Cornelius van Boesdonk	1636—50
dein abbas in Floreff		4. Egidius Jansen	1650—79 res.
Joannes van Eyck	1413—26	5. Antonius Gaillard	1679—85
Balduinus de Forville	1426—34	6. Gregorius Sichmans	1685—1704, † 1709
dein abb. Floreff.		7. Hieronymus Raveschoot	v. Capelle 1704—26
Lucas v. Eyck	1434—44	8. Isfridus v. d. Broeck	1726—44
dein abb. Floreff.		9. Hermannus Joseph Calis	1744—57
Thomas de Warousel	1444—	10. Adrianus v. Breugel	1757—60
Joannes de Fumal	—1452	11. Joannes Peters	1760—87
Gerardus v. Eyck	1460—69	12. Joannes Staessens	1790—93, † 1818 ¹²⁵⁾
Adam Luwe v. Beek	1469—75	Hermannus Jos. Beugels	1841—43
Henricus v. Eyck	1475—1520?	Alphonsus Mommen	1843—51
Philippus de la Houssière	1520—25	Godefridus v. Loon	1851—53
Henricus Strijp v. Rode	1525—29	13. Jacobus de Kort	prior 1853, abbas 1872—90
Joannes Thomassen v. Breugel	1529—43	14. Hermannus Joseph Herstracts	1890—1926
Lambertus Hose	1543—48	15. Hugo Bennebroeck	1926—51 res.
Henricus Boerte v. Erp	1548—54	16. Gregorius Waterschoot	1951—
Joannes v. Buyle	1554—68		
Hubertus Simonart	1569—90		
Wilhelmus Lemmius (Lamberti)	1585—97		
2. Abbates			
1. Rumoldus Colibrant			
	1596 prior.		
	praep 1616 abbas		1621—26

ST. CATHARINADAL (SS. Trinitatis et) S. Catharinae

Vallis Sanctae Catharinae, Monasterium Smae. Trinitatis vulgo Vallis Stae. Catharinae¹²⁶⁾. — Sinte-, Sente-, Sunte Katheleynendale (-dael, Dale, Cathelynen-, Kathrynen-, Kietlinen- etc.). 't Oude Clooster binnen Breda, monasterium Vetus Bredanum, die nonnen bi Breda.

Dioc. Leodiensis, ab anno 1559 Bredana.

¹²⁵⁾ Hic abbas anno 1793 resignavit propter amentiam, eius loco praesiderunt „regentes“ ab abbate Floreffensi indicati, usque ad suppressionem.

¹²⁶⁾ Nocr. Parc. 29. I.

Asceterium insigne. Fundatum est versus annum 1270 in VROENHOUT prope Wouw (Noord Brabant, Neerlandia, in regione Bredana) a Servatio de Breda. Aliquae sorores ex Zandvliet se forte huic communitati nascenti adiunxerunt, quam fundator anno 1271 Ordini nostro adnexuit. Adiit ad hoc ipsum abbatem Generalem, ut novum asceterium assumeret in suam tutelam¹²⁷⁾, ita ut Vallis Stae. Catharinae catalogis Ordinis sit inserta tamquam „filia Praemonstrati“.

Propter inundationes, anno 1288 monasterium translatum est in civitatem BREDA, ubi anno 1295, hospitale illi traditur, anno 1308 autem, iterum ab illo seiungitur. Ante annum 1463, invenimus ibi paucos praepositos tantum; ceteroquin priorissa agit independenter¹²⁸⁾; in amplis archivis nulla occurrit mentio visitationis vel ingerentiae patris abbatis; servitia ibi fiunt per sacerdotes saeculares. Anno 1463, petente biennio ante Joanne comite de Nassau, a parte Curiae Romanae et Ordinis clausura et antiquus rigor iterum inculcantur, resumitur pariter munus praepositi, definitive vero nonnisi anno 1625.¹²⁹⁾ Annis 1501/04, cum ecclesia adhuc existens construeretur, asceterium culmen suae prosperitatis est adeptum. Ab anno 1531, situm erat intra moenia civitatis. Hoc saeculo, ad annum usque 1647, manente clausura, habuit scholam puellarum, quod opus ad tempus saec. XIX reassumpsit. Anno 1566, a Calvinistis exspoliatur, sed in posterum dynastae Arausicani (Oranje), etsi essent acatholici, specialem praedilectionem manifestant erga Vallem Stae. Catharinae, eam ab omni aerumna pro posse praeservantes. Annis 1590—1625 nihilominus, magnis laborat difficultatibus, admissio novitarum inhietur, clauditur ecclesia. Anno 1623 una tantum monialis superest. Cum civitas Bredana, anno 1625, iterum ceciderit in manus Hispanorum, abbas Parcensis impedit Jesuitas asceterium sibi arripere volentes, advocat sorores ex Herenthals, imponit praepositum ex Tongerlo. Cum vero civitas anno 1637 definitive venit sub dominatione Calvinistarum, communitas habet 23 sorores. Anno 1646, aedes mutantur in scholam acatholicam,

¹²⁷⁾ Cf. praefationem. Secundum v. GOOR, praepositi inter annos 1360 et 1434, quos affert, omnes fuerunt de gremio archicoenobii. Vix est credibile, hanc domum, tam longe a Neerlandia distantem, semper habuisse religiosos aptos ex illis regionibus ortos.

¹²⁸⁾ Vide supra apud Nijmegen St. Magdalena.

¹²⁹⁾ Anno 1534, ergo tempore quo ceteroquin maxime floruit asceterium, Capitulum Generale mandat visitationem illius, „quia ad aures Capituli pervenit, quod monasterium monialium Vallis Divae Catharinae... pronunciat quasi membrum a corpore Ordinis abscissum, in non minimum ipsius corporis dedecus...“ (ACG Laon 282)

sed sororibus confirmatur quieta possessio bonorum, et conceditur illis alia domus in civitate dein nova in OOSTERHOUT (Blauwe Camer, primitus proprietas Equitum Sti. Joannis, non longe a Breda) ubi, tentamine redeundi in domum Bredanam annis 1672/79 frustrato, definitive se stabilierunt. Napoleo Imperator anno 1811, et rex Hollandiae anno 1817, expresse asceterium confirmaverunt. Status Personalis: 1463: 11, 1824: 29, 1947: 56 religiosae. Anno 1903, construitur ecclesia, qua usquedum caruerat. Tres genuit filias: Antwerpen (1683), Neerpelt (1857/58), et Petropolis (1931). Ab anno 1655 usque 1801 praepositi eligebantur de gremio Parcensi, ab anno 1862 usque 1922 de Tongerloensi. Anno 1928 Vallis Stae. Catharinae, una cum filia Neerpelt, iterum canonice subest iurisdictioni Ordinis, sub paternitate abbatum Tongerloensium, qui nominant praepositos.

Aedes monasterii Bredani integrae subsistunt, et inserviunt rei militari.

Archivum asservatur in monasterio. Notabilis fons historiae eius est Chronica MS Praepositi Joannis v. d. Malen († 1679) in ipso archivo asceterii. Chartae sunt publicatae ab A. ERENS o. c.

Fontes et Litteratura: HUGO II 1031, prob. 640/41 — WAEFELGHEM 307 — v. d. AA III 44 — BROM Reg. Utr. I cf. ind. — Corp. Sig. Neerl. 443 — COTTINEAU 2132 — *Form. Pr.* Nr. 53 — GOOVAERTS IV 342 — d'HOOP III 340 — KRONENBURG III 160, 164 — KRÜGER IV 62/80 — MIRAEUS OHD cf: ind. II x, IV 575 — *Mon. Bat.* II 36, 200 — *Obituaire de Groenendael* (ed. DYCKMANS, Bruxelles 1940) p. 291 — VALVEKENS *Doc. Prém.* I 182 — WICHMANS 790/94 — A. COMMISSARIS, *St. Catharinadal, Schets eener geschiedenis*, Breda 1947 — A. ERENS, *De Oorkonden van het Norbertinessenklooster St. Catharinadal te Breda-Oosterhout*, in: *Anal. Praem.* IV (1928) - VII (1931) ed. textus — IDEM, *de herwording van St. Catharinadal te Breda na de Nederlandsche beroerten 1625/35*, ibidem III (1927) 28/60 — IDEM, *De kloosterschool van St. Catharinadal te Breda*, ibidem p. 449 — IDEM, *St. Catharinadal en de urbanisatieplannen van Graaf Hendrik III v. Nassau 1531/51*, ibidem XII (1936) pp. 143/72 — IDEM, *Mgr. Zwijsen en de Norbertinessen van St. Catharinadal*, in: *BB IX* (1928) pp. 17/51 — IDEM, *Bezoek van Stadhouder Willem V aan het Norbertinessenklooster St. Catharinadal te Oosterhout 1766/69*, in: *Taxandria NBr XLI* (1934) p. 238 — G. C. A. JUTEN, *Cartularium van het Begijnhof te Breda*, s. l. et d.: 79, 127, 138 — IDEM, *De Heeren van Breda*, in: *Taxandria NBr XXXII*, 1925; 107/25, cf. 310 — J. KALF, *De monumenten in de voormalige baronie van Breda*, Utrecht 1912 271 sq. — J. KLEIJNTJES, *Over de benoeming van een proost in het Norbertinessen Klooster te Oosterhout*, (*Anal. Praem.* IX. 1933, 179/82) —

P. LENAERTS, *Un différend entre Libert de Pape, abbé du Parc, et Henri Assels, prévot d'Oosterhout 1655/70*, in: *Anal. Praem.* XXV

(1949) 22/50 — A. LOOSJES, *De Kerk van het voormalig Klooster St. Catharinadal te Breda, Buiten* 1922 — A. J. v. d. AA, *Geschiedkundige beschrijving van de stad Breda en hare omstreken*, Gorinchem 1845 — A. v. d. AURA, *Geschiedkundige bijdragen betreffende het Norbertinessenklooster van St. Catharinadal*, Oosterhout 1894 — Th. E. v. GOOR, *Beschrijving der stad en lande van Breda, 's Gravennage* 1744 — R. v. HASSELT, *Uroenhout en Boeink*, in: „*Jaarboek van de Oudheidkundigen Kring de Ghulden Roos van Roosendael*“ 1942, 42/55 — v. SPILBEECK, *Het Herethalsch klooster O. L. V. Besloten Hof*, Averbode 1892, 143/61 — In periodicis: *Anal. Praem.* V (1929) 20, XIX (1943) 111 — *Godsdienstoriënd* 1833, 101/14 — *Het Huis, oud en nieuw* X (1912) 266, *Sinte Gheertruydsbronnen* XI (1934) 88/102, 134/42

Series praepositorum

(nisi aliter notetur, secundum COMMISSARIS)

Joannes de Rotselaar	1281	Laurentius Oskens	1461?, 1469/79
postea abbas in Averbode		Leonardus Lemmens	1625 ¹³¹⁾
Michael van Liedekerke	1295	e Parco	
Henricus Thomas (Claessen)	1327/64	Dionysius Mudzaerts	1625—35
e Praemonstrato		(Tongerloo)	
Lambertus Ranghs	1369 ¹³⁰⁾	Balthasar Cruyt	1635—55
e Praemonstrato		(Sti. Michaelis)	
Petrus Dyn	1403	Henricus Assels	1655—75
e Praemonstrato		Joseph van der Malen	1676—1701
Joannes van Brant	1420	Roland de la Haye	1701—27
e Praemonstrato		Herman de Goede	1727—28
Egidius van Edam	1434	Alexander Sloomans	1728—30
e Praemonstrato		dein abbas Parc.	
Martinus van der Hulst	1439,	Thomas Dhanis	1730—60
sive 1504/14		Gummarus van Amersfoort	1760—70
e abbatia Sti. Michaelis Antw.		Joannes van Simphoven	1770—79
Theodorus van der Strepen	1446	Egidius Reynders	1779—1801
e Berna	(—1500?)	Gulielmus van Gennep	1801—37
Petrus van Dun	1460	Franciscus Brouwers	
e Tongerlo		e Berna	1837—62, depos.

¹³⁰⁾ Praepositi abhinc usque ad annum 1460 inveniuntur apud v. GOOR o. c. Fontes affert nullos, et caute videtur esse legendus, quia in chartis ascerterii, ab ERENS publicatis, hisce saeculis ne unus quidem occurrit praepositus.

¹³¹⁾ Nocr. Parc. 10. XI

Augustinus Martens	1862—98	Henricus van Reeth	1922—52 res.
Antonius Pauly	1898—1910	Germanus Verheyen	1952—
Franciscus Engels	1910—22		

TONGERLOO B.M.V.

Tongher-, Tongre-, Tungere-, Tonguer-, Toncger-, Tonger-, Tunger-, Thunger-, ungello, -loo, -loe, -loa, Tungella, Tongrelouz, Tongelre.

Prope Westerloo, in Campinia Antwerpiensi, in Belgio. — Dioc. Cambrai, ab an. 1559 's Hertogenbosch, nunc Mechelen.

Una ex celeberrimis abbatiis totius Ordinis. Circa annum 1130 Gisbertus de Castelre bona sua et decimas, quas possidebat in hoc loco, donavit ad foundationem canonicae. Filia Sti. Michaelis Antwerpiensis¹³²⁾. Advocati erant duces Brabantiae. Ab initio erat monasterium duplex¹³³⁾; inter annos 1156 et 67 sorores translatae sunt in Eewen, de quo vide supra. Abbas Joannes Brief (obiit an. 1399) primus abbas Ordinis in Belgio jure pontificalium est insignitus. Commenda, anno 1477 ei imposita, magna cum difficultate potuit averti. Sub abbate Arnaldo Streyters, medio saeculo XVI, cum tot abbatiae misere languerent, Tongerloa culmen sui splendoris est adeptae, et pulchra nova aedificia sunt erecta. Abbatia erat ditissima, et possedit 76 curias. Nulla canonica in Belgio tot gloriari potuit ecclesiis incorporatis quot Tongerloa. Anno 1263 iam habuit 21, finaliter autem 59, inclusis capellis dependentibus. Maior pars earum serviebatur ab ipsis canonicis: Achteroolen, Allier, Alphen 1175, Bergeik 1310, Baarle saec. XVII, Broechem 1161, Chaam 1175, Diessen 1175, Diest 1163,¹³⁴⁾ Drunen 1223, Duffel 1403, Duizel 1686, Enschoot 1317, Haren 1334, Houtvenne 1365, Hapert ante 1310, Hoogeloo 1232, Klein Zundert 1265, Loon op Zand, Moergestel 1334, Mierlo 1315, Nispen 1157 (ex qua postmodum sunt ortae parochiae Achterbroek, Eschen, Kalmthout, Kalmthout'sche Hoek, Nieuwmoer et Waldert), Oele-

¹³²⁾ Saeculo XVII, Tongerloenses praetenderunt se esse filiam ipsius archicoenobii, sed documenta, quibus sunt nisi, apparuerunt ut falsa (*Anal. Praem.* V, 1929; 344/74)

¹³³⁾ Cf. LAMY, *Abbaye de T.* 99. HUGO II 968 errat praesumendo parthenonem Tongerloensem fuisse conditum ab abbate Hermanno II.

¹³⁴⁾ Fuerunt ibi duae parochiae, Sti. Sulpitii scilicet et Sti. Joannis, quibus accedit saec. XVII B. M. V. De ecclesia collegiata apud Stum. Sulpitium vide infra apud Praetermissa

ghem 1161; Oevel 1181, Oolen 1253, Oostelbeers, Oosterwyk 1365, Orp-le-Grand 1339, Poppel 1211, Ramsel 1211, Ravels 1211, Retie 1264, Riel 1519, Rozendaal ca. 1510,¹³⁵⁾ Schaffen 1651, Schoonbroek, Sprange, Tilburg 1231, Tongerlo 1130, Vissenaken St. Maartens 1277, Vissenaken St. Pieters 1239, Venloon, Voortkapel 1698, Werbeek 1264, Waalwijk 1233, Westerloo 1253, Wijneghem 1161, Zoerle 1365, Zondereigen, et dimidia pars ecclesiarum Binkom et Oorbeek. Abbates exercuerunt jurisdictionem quasi-episcopalem in parochias Tongerlo et Oevel. Parthenones subditi jure paternitatis: Herenthals, St. Catharinadal (ab an. 1625 de facto, ab anno 1928 etiam de jure). Refugia habuit canoniam in Antwerpen, Breda, Brussel, Diest, Duffel, Lier, Herenthals, 's Hertogenbosch, Leuven, Mechelen, Oostelbeers et Tienen. Bibliotheca, in speciosa aede initio saeculi XVI erecta, tantopere erat praeclara, ut scriptores illius temporis eam comparuerint Vaticanae. Annis 1564—90 abbatia data erat episcopo Buscoducensi in dotationem, quod maxima damna ei intulit. Initio saeculi XVII, Abbas A. Stalpaerts fundavit Collegium Ordinis Romae; procurator Ordinis ibi residens semper erat canonicus Tongerloensis. Saeculis XVII et XVIII, erat una ex praecipuis abbatibus totius Belgii, sed et totius Ordinis. Initio saeculi XVIII, ad eam pertinuerunt 150 religiosi, (1796: 118; 1838: 6 DD, 5 novitii; 1953: 268 religiosi). Annis 1786—96, in canoniam erat sedes Bollandistarum, qui ibi duo prima volumina mensis Octobris suorum „Actorum Sanctorum“, auxiliantibus canonicis loci, conscripserunt. Anno 1796 est suppressa; ecclesia et maior pars aedium mox solo sunt aequatae. Iam anno 1835, canonici superstites iterum admiserunt novitios, anno 1838 vitam communem, reassumpserunt in castro Broechem. Anno 1840, redemerunt ea, quae supererant de antiqua canoniam, praelaturam scilicet et portam. Annis 1852/58, nova ecclesia est erecta, et paulatim novae aedes claustrales. Anno 1868, Tongerlo, prima canoniam circariae, iterum ad dignitatem abbatialem est evecta. Prima fundavit missiones ad extra, nempe anno 1872 in Anglia, ubi usque hodie administrat prioratus (potius parochias) in Manchester (Corpus Christi), Spalding et Crowle. Anno 1895, initiavit missionem in Congo Belgico, quae facta est Praefectura et dein Vicariatus Apostolicus de West Uele. Abbas Th. Heylen, ab anno 1903 episcopus Namurcensis, magnas partes habuit in condendis et promovendis Congressibus Eucharisticis Internationalibus. Anno 1924 Tongerlo fundavit prioratum Kilnacrott in

¹³⁵⁾ Quae ecclesia, hodie sedes decanalis, tamquam unica ex omnibus parochiis canonicarum Belgii, adhuc hodie Ordini est incorporata, sicut et omnes parochiae canonicae Bernensis.

Hibernia, anno 1950 domum Lacolle in Canada, anno 1952 ei est commissus prioratus Storrington in Anglia. Abbatia etiam est sedes primaria Confraternitatis Missae Reparatricis. (Unum ex operibus praestantissimis ab Ordine coeptis, nostris diebus pariter processit e Tongerloa. Assistentia nempe spiritualis et materialis, praestita sacerdotibus et fugitivis, a communistis e partibus orientalibus Germaniae expulsis, vulgo „Oostpriersterhulp“^{135a}). Anno 1928 tota fere canonia cum ecclesia, incendio est devastata, sed interea est reconstructa.

Archivalia, adhuc in loco asservata, in hoc incendio potuerunt feliciter salvari. Amplum hoc archivum satis completum, continet varia cartularia et chronica. Obituarium saec. XIV ed. W. v. SPILBEECK l. c. — Varia inveniuntur etiam in BRB (cf. WAEFELGHEM) et in Staatsarch. Antwerpen (26 numeri, 1154—1793, cf. VANNERUS in AOP l. c. et GOETSCHALCKX in BGHB l. c.) — AAPa VII 49, 65, 66, XVII 2, XLIII 5 111 numeri 1261/1747.

Fontes et Litteratura: HUGO II 965, prob. 592/96 — WAEFELGHEM 294, 381 — AA. SS. Jun. I 960 sq. — Anal. Coeverincx I cf.: ind. — Act. Proc. Univ. Lov. II 210, 223 — BERLIERE, Prov. Abb. 159/66 — IDEM, Inv. Cam. cf. ind. — Biogr. Nat. XV 337/40 (Mudzaerts), XXIII 85/86 (Streels), XXV 204/07 (Thys) — BROM, Arch. Italie, cf. Ind. — IDEM, Reg. Utrecht cf. ind. — IDEM, OBStUtr II, III cf. indd. — BROM HENSEN, Rom. Bronnen cf. ind. — v. BOTERDAEL 306/32 — Cat. Gen. I 314, 392, 399, VI 767 — Chartes Ste. Waudru I 527 — COPPENS II 242, III a 224, 267/79, 256, 391/401, III b 89, 95, 102, 106, 115, 126, 142, 169, 182, 189; 191, 196; 264, IV 194, 199, 227, 232/97 — Corresp. Phil. II VI 173 — COTTINEAU 3168 — Dén. Foy. Brab. T. O. 180 — M. DIERICKX cf. ind. — ERENS, Parochiezorg 181/88 — FOPPENS Ep. Sylv. passim — Form. Pr. Nr. 53, 264, 265, 274 — Gall. Chr. N V 411/23 — GOOVAERTS I 12, 13, 38, 46, 52, 55, 59, 67, 71, 75, 88, 102, 138, 139, 145/48, 149, 155, 156, 171, 176, 179, 180, 184, 193, 203, 204, 205, 306, 329, 340, 349, 375, 387, 396, 407, 483, 487, 491, 533, 575, 611, 614, II 25, 38, 45, 95, 96, 135, 188, 198, 200, 215, 229, 244, 247, 254, 256, 260, 274, 277, 278, 282, 296, 297, 300, 301, 302, 304, 305, 309, 314, 315/24, 326, 330, 334, 336, 337, 341, 347, 352, 353, 365, 380, 387, 388/94, 403, 404, 414, 415, 429, III 14, 18, 20, 23, 24, 26, 29, 35, 36, 38, 55, 58, 65, 72, 73, 81, 88/93, 94/99, 109, 130, 131, 137, 146, 151, 156, 158, 159, 162, 163, 177, 192, 195, 197, 199; 201, 202, IV 18, 32, 35, 42, 58, 95, 106, 118, 157, 164, 211, 213, 215, 218, 242, 249, 294, 323, 343, 347, 349, 353, 355 — GRAMAYE Antw. Ant. 123 — HEYLEN 40/46, 103/07, 110/16, 191/207 — d'HOOP I/IV cf. ind. VI 216 — Invent. Arch. Arr. Maastricht nr. 4202, 4208 — JAFFE 8885, 14483, 14484, 15666, 15887 —

^{135a}) Quod opus inchoatum est anno 1948, instigante Illmo. D. Huberto Noots, Abbate Generali, a R. D. Werenfrido van Straaten, canonico Tongerloensi.

LAENEN *KG*Brab II 45/60 — LE GLAY — LEROY NMA 136, 248, 288 — *Lettr. Benoit XI* (AVB) cf. ind. — *Lettr. Clém. VI* (AVB) no; 1591 — *Lettr. Com. Jean XXII* 15335, 40184/85, 50568 — *Matr. Univ. Lov.* I 271, II cf. ind. — MIRAEUS OHD cf. ind. II xij, IV xxi — *Mon. Bat.* II 92, 147, 181 — NIJHOFF, *Gedenk. Gelderl.* VI 2, 876, 1006 — POTTHAST 5504, 16555 a — RAMACKERS *PURkN* 107, 277 — *Reg. Benoit XII* 8587 — *Reichsreg. Karls V.* 1857, 5940, 7332 — De RIDDER I 3/15 — v. ROOY — SANDERUS CSB I 305/86, BBM II 153/56 — SCHUTJES cf. ind. apud singulas parochias in Neerlandia sitas — *Suppl. Clém. VI* (AVB) cf. ind. — TCCD II/XI 1 cf. ind. XI 3, 36, 271 — VALVEKENS *Vis. Can.* I 17/20, 26/27 — IDEM, *Doc. Prém.* I 163, 167 — De WACHTER IV 49/51 — WICHMANS 754/58 — W. BOS-SCHAERTS, *Corte verhael van den oorspronck ende eerste fundatie des Godts Huys van O. L. U. tot Tongerloô*, Antwerpen 1650 — A. ERENS *De Oorkonden der Abdij Tongerlo* (Cartularium), 2 voll., Tongerlo 1948/50 — IDEM, *Tongerloo en 's Hertogenbosch. De dotatie der nieuwe bisdommen in Brabant 1559/94*, Leuven 1925 — IDEM, *De valsche stichtingskronijk der Abdij Tongerlo* in: *Anal. Praem.* V (1929) 344/74 — IDEM, *Poging tot vereeniging van Huybergen met Tongerlo*, ibidem IV (1928) 379 — IDEM, *Adrien Heylen, archiviste de T. (-1802)*, in: BN 1914 pp. 8/20, t. à p. Leuven 1914 — IDEM, *De uitbatingsstelsel der Abdij T.*, in: *Oudheid en Kunst voor Brecht en omstr.* 1922 — F. M. GEUDENS, *Marias Tongerlo*, Turnhout 1912 — P. J. GOET-SCHALCKX, *Index Archivorum der Abdij van T.*, in: BGHB VI (1907) 368/402, VII (1908) 146/64 — HEZENMANS (v. supra apud Berne) — M. KOYEN, *Prelaat Stalpaerts en de parochies van T.*, *Anal. Praem.* XXVIII (1952) 172/88 — H. LAMY, *L'Abbaye de Tongerlo depuis sa fondation jusqu'en 1263*, Louvain/Paris s. d. (1914) —

IDEM, *L'Oeuvre des Bollandistes à l'Abbaye de T.* (*Anal. Praem.* II. 1926; 294/306, 379/89, III, 1927; 61/79, 156/78) — IDEM, *La jurisdiction quasi épiscopale des anciens abbés de T. sur les paroisses de Tongerlo et de Oevel; et le droit synodal qui y a donné naissance*, in: *Annu. Univ. de Louvain* 1911/12, 420/28 — PERK (v. supra apud Postel) — E. VALVEKENS, *De broederschap van gebeden tusschen de abdijen Echternach en T* (*Anal. Praem.* IX, 1933; 272/80) — J. VANNERUS, *Inventaire des Archives de l'Abbaye de T. reposant aux Archives de l'Etat à Anvers*, in: AOP IV (1908) et V (1909) cf. ind. — W. v. SPILBEECK, *Norbertijnsche mengelingen*, Antwerpen 1881, pp. 1/16, et 46/85 — IDEM, *De Abdij van T; Lier* 1888 — IDEM, *Necrologium ecclesiae B. M. U. de T.*, *Ord. Praem.*, Tongerlo 1902 — IDEM, *De voormalige abdijkerk van T. en hare kunstschaten*, Antwerpen 1883 — IDEM, *Les martyrs de T. au X^Ue siècle*, Bruxelles 1890 — IDEM, *Les derniers jours de l'Abbaye de T. en 1796*, in: *Précis Historiques XXXIX* (1889) pp. 495/507 — IDEM, *Tongerloos Kloostergemeente te 's Hertogenbosch 1578/84*, Helmond 1890 — In periodicis: AHEB I (1864) 438, II 455, III 408/15, 423, 425, 428, IV 330, V 355/74, VI 76, 463, VII 13/19, 105, 235, X 234, XII 94, XXXI 98, XXXV

26. Joannes Brief	1385—99	39. Adrianus Stalpaerts	1608—29
27. Joannes Geerts	1400—28	40. Theodoricus Verbraken	1629—44
28. Theodoricus v. Haren	1428—47	41. Augustinus Wichmans	1644—61
29. Henricus van der Voren	1447—58	42. Albertus Ursino	1663—64
30. Henricus v. Kamenaden	1458—70	43. Jacobus Hroznata Crils	1664—95
31. Joannes Kinschot	1470—77	44. Gregorius Piera	1695—1723
Philibertus Card de Macon commendatarius 1477/80		45. Josephus van der Achter	1723—45
32. Werner v. Halleer	1477—87	46. Siardus v. d. Nieuweneynde	1746—79
33. Joannes Hamus	1487—1500/01	47. Godefridus Hermans	1780—97, † 1799
34. Petrus Mans	1501—04	Arnoldus v. Putteghem	1835—39
35. Antonius Tsgrooten	1504—30	Evermodus Backx	1839—67
36. Arnoldus Streysters	1530—60	48. J. Chrysostomus De Swert	superior 1867, abbas 1868—87
37. Jacobus Veltacker 1 ^o	1560—64 res.	49. Thomas Heylen	1887—99
Franciscus Sonnius Eps. Silvaeduc.	1569—71	50. Adrianus Deckers	1899—1915
Laurentius Mets	1570—80	51. Hugo Lamy	1915—37 res, postea abbas in Leffe
37a. Jacobus Veltacker 2 ^o	(1577) 80—83	52. Emilius Staelmans	1937—53
Walterus v. Korsworm	1583—85 (administrator)	53. Judocus Boel	1953—
Clemens Crabbeels	1585—90		
38. Nicolaus Mudtsaerts	1590—1608		

TURNHOUT St. Agnes

Vallis Stae. Agnetis Turnholti, Sint Agnietendale.

Oppidum in Campinia prov. Antwerpiensis, Dioc. Mechelen.

Asceterium fundatum anno 1687 per interventionem Mariae von Zimmer principissae et toparchae loci, et abbatis Gerardi Knyff, Sti. Michaelis Antwerpiensis, per Elisabetham Wittens, beghinam Magni Beggi-

nagii Mechliniensis, quae fundum dictum „Graetakker“ in hunc finem emerat et donaverat. Sorores, quae venerunt ex parthenone Ssmi. Sacramenti Antwerpiensis, instituerunt scholam pro puellis. Domus erat sub paternitate abbatum Sti. Michaelis. Tamen dotatio non erat sufficiens, et ideo sorores, anno 1718, monasterium vendiderunt laicis, et reversae sunt in Antwerpiam. Aedes „Vallis Stae. Agnetis“, quae videtur fuisse nuncupata vulgo „Groot Clooster“, anno 1790 adhuc subsistebant sed postmodum sunt deletae.

Archivalia: non extant multa, aliqua in AAMech, BundelZusters Norbertinessen. Consule Archivum abbatiae Sti. Michaelis.

Litteratura: Fontes Ordinis ignorant — M. L. v. GORKOM, *Beschryvinge der stad en Uryheid van Turnhout*, Mechelen 1790, 209/13 — S. HERESWITHA, *De vestiging van het Norbertinessenklooster te Turnhout* (Taxandria K. N. S. XVI, 1950; 130/34) — J. JANSEN, *Turnhout in het verleden en het heden*, Turnhout 1905, I 270/71 — *Verslag over het bestuur en den toestand der zaken van de stad Turnhout 1843/1924*, 1885 p. 87 — *Anal. Praem.* XXVII (1951) 132.

Praepositi (S. Hereswitha, Jansen)

Bartholomaeus v. d. Berghe 1687—

N. De Herder

S. van Houtsum

WOERD B.M.V. (et St. Nicolaus?)

Vurt, Wort, Word, Worde, Monnickenwoerd, Altfurze, -fursche, -vorsh.

Situm in Altforst, prope Alphen (Maas), in Gelderland, Neerlandia. Dioc. Utrecht.

Curia abbatiae Bernensis, quo secundum traditionem documentis non probatam, moniales huius canoniae sunt translatae paulo post annum 1134, et ubi deinde 70 sorores vixerunt sub Bessala magistra, uxore Fulconis fundatoris abbatiae Bernensis. Etsi authentice nihil constet, certum nobis esse videtur, Bernam esse fundatam tamquam monasterium duplex, et valde esse probabile, eam sicuti reliquae canoniae huius circariae, sorores suas transtulisse in curiam quandam vicinam, ita ut traditio

haec, a Miraeo nobis relata, habeat suam probabilitatem¹³⁷⁾. Authentice haec domus postmodum nota est tamquam curia conventu carens, sed praepositurae titulo insignita. Una cum Kessel, de qua vide infra sub praetermissis, data est in dotationem episcopatus Ruraemundano anno 1561.¹³⁸⁾

Archivalia et Litteratura vide supra apud Berne.

Specialia: HUGO I 396 — HABETS II 428 — *Mon. Bat.* II 12 — SCHUTJES I 306 — SLOET nr. 260, 266, 726 — *Nom. Geogr. Neerl.* II 102 — AAU XXI (1894) 235.

ZANDVLIET S. Maria Magdalena

prope Antwerpiam — Dioc. Cambrai, dein Antwerpen, nunc Mechelen. In Belgio.

Parthenon. Moniales Sti. Michaelis Antwerpiensis. quae iam propriam ecclesiam habuerant, dum adhuc iuxta canoniam degebant; inter annos 1148 et 55 translatae sunt ad „Monasterium Stae. Mariae Magdalenaee“, in alia regione civitatis, ubi postea inventa est via dicta „Groote Pieter Potstraat“. Abbatia Sti. Michaelis saeculo XIII non amplius curavit de istis sororibus, quae denuo translatae sunt in Zandvliet, anno 1254. Versus finem saeculi interiit parthenon. Pars ultimarum sororum huius asceterii forte tetendit in Vallem Stae. Catharinae, tunc temporis orientem, de qua re vero authentice nihil constat. Puto eas partim migrasse in Zoetendaal, ubi se junxerunt sororibus ex Middelburg/Heille, eo probabiliter translatis. Exinde enim in hanc domum paternitatem exercent ambo abbates simul. Sti. Michaelis nempe et Middelburgensis, quod verisimiliter innuit, eam esse ortam ex relictis sororibus ambarum cano-niarum.

Monasterium Stae. Mariae Magdalenaee (Maria Magdalenamunster) in Antwerpia saeculo XV factum est Cisterciense (Abbatia Sti. Salvatoris).

¹³⁷⁾ Cf. eius *Chron. Praem.* 99/100. Videntur tamen sorores Bernenses saltem partim fuisse collocatas etiam in curia Babilonienbroek (N. Br, vide *Mon. Bat.* II 27), forte etiam in Maarsbergen.

¹³⁸⁾ v. LOMMEL 196. Quae unio non videtur fuisse deducta in praxim, Berna enim amisit haec bona anno 1648 tantum (AAU XXI 237)

Ibi supersunt in cellis subterraneis residua aedium saec. XII quae forte
proveniunt de monasterio nostro.

Archivalia et Litteratura: vide Antwerpen Sti. Michaelis. Tria
documenta 1259/73 publicavit P. GOETSCHALCKX in BGHB I (1902) 23/28.
Vide etiam F. PRIMIS, *Onze Dubbelkloosters*, in „Gazet van Antwerpen“ 30. IX.
28, cf. *Anal. Praem.* V (1928) 84/86, cf. 20.

ZENNEWIJNEN B.M.V.

Sine-, Sene-, Sin-, Sind-, Senne-, Sync-, Syn-, Zen-, Zene-, Zenne-, Zeene-,
Zend-, Zin-, Zindwinen, -wende- wenen, -uwen, -ven, -vende, -winde, -wijnen,
-wen, -wenne, -winne, -winden, -vinde, Wadenoy, Sinus Stae. Mariae, Marien-
shoot.

Juxta oppidum Tiel, in Geldria, Neerlandia. — Dioc. Utrecht

Asceterium ortum post annum 1214 per translationem sororum, in
monasterio duplici Marienweerd degentium. Quae communitas, juxta
capellam iam existentem collocata, anno 1229 decem monialibus ex
asceterio Füssenich (Circ. Westfaliae) aucta, ut domus formata Ordinis
est constituta. Erat, tamquam praepositura, de facto sub paternitate
abbatum Insulae Stae. Mariae, sed de jure, ut patet ex omnibus catalogis
Ordinis, habebatur ut „filia Praemonstrati“. Praepositus generatim erat
simul parochus loci. Moniales, quae erant nobiles, habuerunt praebendam
fixam, sicuti canonissae saeculares. Anno 1572, monasterium subver-
sum est. Moniales dein vixerunt in Tiel apud laicos, et administraverunt
bona sua usque ad annum 1594. Ultima earum obiit anno 1614. Proven-
tus bonorum deinde data sunt domicellis nobilibus in praebendas, usque
ad annum 1809, sed monasterium non est suppressum. Anno demum
1811, est saecularisatum. Nihil superest de aedibus.

Archivum nunc est in AAB.

Fontes et Litteratura: HUGO I 881, II 1183 — WAEFELGHEM
330 — v. d. AA XIII 140 — BROM, *Bull. Traj.* I 63, 67 — IDEM, *Reg. Utr.*
1471, cf. ind. 366 — *Form. Pr.* Nr. 225? — KRONENBURG VI 13, 516 —

MARIS 233/41, 545 — *Mon. Bat.* II 214 — MULLER GAN I 421 — NIJHOFF VI 2, 726 — *Nom. Geogr. Neerl.* II 148, III 290 — OBSStUtr II, III cf. ind. — OHZ Suppl. 123 — *Reg. Benoit XII* 9439 — RICHTHOFEN II 574 — H. v. R. II 368 — SLOET nr. 520, 560, 686, 858, 1028 — W. HOEVENAARS, *Het Premonstratenser Nonnenklooster te Zennewijnen*, AAU XIV (1886) 417/64, XV (1887) 75/107, 213/38 — J. D. v. LEEUWEN, *Auctoris incerti Chronicon Tielense*, Trajecti ad Rhenum 1789, 194, 223, 400 — F. J. MIJNLIEFF, *Het adellijk stift van Zennewijnen (Ned. Leeuw XLV 259)* — J. MOSMANS, *Het oude kloosterzegel van Mariaschoot (Taxandria NBr XXII, 1915; 255/57)* — *Anal. Praem.* XV (1939) 33 — AAU 1919 131 — VIDE etiam apud Marienweerd.

Praepositi (Hoevenaars; Nocr. Averbode)

Fredericus	1228/37 ¹⁴⁰⁾	Theodoricus v. Derthuizen	1436/44
Jacobus	ca. 1240—	Christianus Fennen	1447
Godefridus sive Gerardus	1273	Oliverius van Tricht	1454
Johannes	1277/83	Theodoricus v. d. Grave	1462
Walterus	1286	Joannes Reyners' zoon	1464
Florentius	1293	Jacobus Hooff	1469—73
Rodolphus	1301, res. ante 1305	Jacobus v. Eesden	1516/32
Dionysius	1319/20	Henricus v. Kessel	1547
Joannes v. Naaldwijk	1330	dein abbas in Marienweerd	
Walterus v. Kessel	1335	Joannes ten Hoeve	1555/56
Godefridus	1343	Walterus Pelgrums	1563/68
Henricus Graet	1348 (dubius)	(abhinc abbates Insulae Stae. Maria simul vices gesserunt praepositi in Zennewijnen)	
Joannes Heyse	1357	Inseri nequit:	
Joannes de Busco	1365/68	Arnoldus Albi de Lovanio, can.	
Arnoldus de Gier	ante 1377	Averbodiensis, quondam praepositus in Zennewijnen (Nocr. Averb.	
Theodoricus fil. Eghonis	1377	26. VII).	
Gerardus de Lent	1389		
Henricus v. Goch	1398/1400		
Joannes van der Sloet	1422/29		

¹⁴⁰⁾ Anno 1233: Lutbertus prior (SLOET 560)

